

DE
VETERIBUS
Jure Consultis

Commentarius,
*è quorum Legibus Iustitiæ Romanæ Tem-
plum exstructum est,*

NICOLAO HENELIO
Jcto, Sacr. Cæsar. Majest. nec non Il-
lustriss. Principis Lignic. Consiliario, Ducatus
Monsterbergici ProCancellario, inelytaque
Uratislav. Reipubl. Syndico
instructus.



LIPSIÆ

Impensis Tobiaë Riesen/ Bibl.

Excud. Joh Wittigau. An. M. DC. LIV.

Inspicitur in Bibliotheca Universitaria Salamantica

Laurentius Valla in præfat.

lib, 3. Elegant.

Perlegi proxime quinquaginta Digestorum libros, ex plerisque Jurisconsultorum voluminibus excerptos, & relegi cum libenter, cum verò quadam cum admiratione: primum, quòd nescias, utrū diligentia ne an gravitas, prudentia an equitas; scientia rerum, an orationis dignitas præstet, ac majori laude digna esse videatur: deinde quòd hæc ipsa in unoquoque illorum omnia sunt egregia & perfecta, ut vehementer dubites, quem cui præferendum putes.

Iterumque sub præfat. finem. Tantum deberi puto hujus facultatis libris, quantum illis olim, qui Capitolium ab armis Gallorum atque insidiis defenderunt: per quos factum est, ut non modò tota urbs non amitteretur, verum etiam, ut tota restitui posset. Itaque per quotidianam lectionem Digestorum, & semper aliquam ex parte incolumis atque in honore fuit lingua Romana, & brevi suam dignitatem atque amplitudinem recuperabit.



Imperialis Bibliotheca
A. M. DC. LXXV.
L. J. W. H. G. A. M. D. C. LXXV.

Viro Magnif. Nobil. & Clariss.

DN.

NICOLAO HENELIO V. I. D.

Consiliario Casareo &c.

Commentarium suum de Ictis
veteribus edicuro

S Mi Frater. Benè Te meritum esse
de Republ. litteraria, nemo hominũ,
qui litteras norunt, ignorat. Id lo-
quitur abundè Commentarius de veterum
Ictor. in Iurisprudentiam meritis, abs Te de-
votè enucleatus. Utinam Iustinianus nun-
quam admisisset illorum scripta oblivioni tra-
di! Tu facile vel quorum omnium, qui hoc in
genere eruditionis magni extiterunt, lumini-
bus obstruxisti. Quæso bono publico non in-
videas communicationem tam perfecti ac
fructuosi laboris. Legi cum summa animi vo-
luptate, ut Tua omnia, sic & hoc peculiare
nomini Tuo augendo exaratum scriptum. Ap-
plaudo & gratulor labori, quem fama pe-
rire vetat. Vale Bresla 21. Februar. An. 1636.

Georgius Schönbornerus à Schön-
born S. Cæs. Maj. Consiliarius, Com-
missarius, Comes Palatinus, Fiscus per
Silesiam inferiorem Patronus.



NICOLAI HENELI.

U. J. D.

De veteribus Jureconsultis, è quorum legibus Justitia Romana Templum exedificatum est,

COMMENTARIUS:

Prooemium.

Vitas Jureconsultorum veterum viri quidam doctissimi diligenter & accuratè descripserunt: quorum scriinia etsi compilare animus non est, neq; adeò Suffenus ego, ut ignorem, multò mihi difficillimum esse post Roscium in orchestrà placere: haud pessimè tamen aliquot horas à me collocatum iri putavi: si eorum saltem Nomothetarum, è quorum operibus Pandectarum sive Digestorum opus Justiniani Augusti mandato & auspiciis à Triboniano concinnatum est, & quorum adeò orationis genere in brevitate summâ nihil aptius, in dignitate rerum nihil elegantius esse censet, auctorum alioqvi censor rigidissimus, Laurentius Valla,

— — solitus qui parcere nulli est,

A

elo-

*In prefat.
lib. 3. elegant.*